UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

48. Constantiam & magnitudinem animi in rebus gerendis adhibere. V. Signum 37.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

*ceſſe rationabilem mentem: Tum præterea declinare à conſortiis inhoneſtis & infidelibus, & ſocietates habere fidelium, atque illos frequentare conuentus in quibus de pudicitia, de iuſtitia, de pietate tractatur.*

S. Cyprianus de vnitate Eccleſiæ inquit: *Con-* 2.Theſſ 3.6
*ſtantis Apoſtoli vox eſt: Præcipimus vobis in nomine Do-* *In conuerſ.*
*mini Ieſu Chriſti, vt recedatis ab omnibus fratribus adu-* *mali deſe-*
*lantibus, inordinate & non ſecundum traditionem* *rendi, probi*
*quam accepiſtis à nobis.* Et: *Recedendum eſt à delin-* *inquirendi*
*quentibus, vel imo fugiendum, ne dum quis male ambulantibus iungitur & per itinera erroris & criminis graditur à via veri itineris exerrans, pari crimine & ſe teneatur.*

## SIGNVM XLVIII.

### *Conſtantiam & magnitudinem animi in rebus gerendis adhibere.*

OPortet Clericos hæreticis magna conſtantia reſiſtere. Nam Chriſtus cum emitteret Apoſtolos ad prædicandum, dixit (Matth. 10.16.) *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c.* *Eccl. 7. 6.*
S. Paulus 1. ad Tim. 5. D. & ait: *Peccantes coram* *Hier. 1. 17.*
*omnibus agite vt & cæteri timorem habeant, &c.* & *Exo. 3. 8.*
Titum 3. verſic. 10. *Hæreticum* &c. Cum præfectus Valentis Imperatoris hæretici Baſilij Epiſcopi libertatem in dicendo miraretur, *for-*

*Hæc Greg. Naz. orat. in laudem Baſily.*

*taſſe*, dicebat Baſilius, *in Epiſcopum antequam*
*cidiſti.* Alioqui prorſus hoc modo differui
in certamen veniens. Nam cæteris quide
in rebus, ô præfecte clementes & placidi
mus, atque omnium abiectiſſimi, quemad
dum hoc nobis lege præſcriptum eſt, ac n
dicam aduerſus tantam potentiam, ſed ne
uerſus plebeium quenquam, & infimi ord
hominem ſupercilium attollimus. Verum
Deus nobis prædicatur ac proponitur, tun
mum alia omnia pro nihilo putantes ipſum
lum intuemur, ignis autem & gladius & be
& vngulæ carnes lacerantes, voluptati n
potius ſunt quam terrori. Proinde contu
liis nos affice, comminare, fac quicquid
libuerit, poteſtate tua fruere, audiet hæc e
Imperator, nequaquam profecto nos vi
eoque adduces vt impiæ (arianæ) doctrin
ſentiamur, ne ſi his quidem atrociora mi
ris.

Hæc poſtquam dixit ipſiusque in reſiſte
virtutem inſuperabilem præfectus cogno
eum quidem excedere, iuſſit, non iam cu
dem minis, ſed cum quadam reuerentia &
miſſione. Ipſe autem quam celerrime potu
peratorem adiens, *Imperator*, inquit,
*ius* Eccleſiæ antiſtite victi ſumus.

Præſtantior eſt, quam vt minis, fir
quam vt ſermonibus, fortior quam vt ve
rum blanditijs *ſuperari poſſit.* Qua de cau
ctum ſuum improbans Imperator (quod e
re eum tentaſſet ad Arianiſmum) cogi eu

tuit. Hæc conſtantia Clericorum efficit, vt de- *Eſa.58.*
linquentes ex zelo dure corripiant. Hoc zelo *Sacerdoti*
*Ioannes Baptiſta* ( Matt.3.7. 14.4.c. 13.) delinquen- *dicitur :*
tes corripuit Phariſæos & Saducæos, atque ipſum *Clama, ne*
Herodem regem. Hoc zelo in ſcribas & Pha- *ceſſes, &c.*
riſæos longa oratione inuectus eſt apud Matth.
(23.13.) *Tit.1.9.*
*Christus* & ementes ac vendentes templo Hie- *quicontra-*
roſolymitano ( Io. 2. 15. ) exturbauit. Hoc zelo *dicunt ar-*
*Sanctus Petrus* Simoni Mago reſtitit, & Ana- *guere.*
niam ac Saphiram è medio ſuſtulit. Hoc zelo *Act.* 8.20.
*Sanctus Paulus* inceſtuoſum anathemate multauit *c.5.*
& Hymeneum & Alexandrum Satanæ tradidit: *1.Cor 5 5.*
Sanctus Gregorius, eos qui hoc zelo deſtituti *1.Tim 1.20*
ſunt his verbis reprehendit. Sæpe rectores im- *In Paſt P.2*
prouidi, humanam amittere gratiam formi- *c.4.*
dantes, loqui libere recta pertimeſcunt, & iux-
ta veritatis vocem, nequaquam iam gregis cu-
ſtodiæ paſtorum ſtudio, ſed mercenariorum
vice deſeruiunt, quia veniente lupo fugiunt,
dum ſe ſub ſilentio abſcondunt. Hinc namque
eos per Prophetam Dominus increpat dicens.
*Canes muti non valentes latrare.* Hinc rurſum que- *Eſa.56.10.*
ritur dicens: *Non aſcendiſtis ex aduerſo, nec oppo-* *Ezech. 13.*
*ſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in* *& 5.*
*die Domini.* Ex aduerſo quippe aſcendere, eſt
pro defenſione gregis voce libera huius mundi
poteſtatibus contraire, & in die Domini in præ-
lio ſtare, eſt prauis decertantibus ex iuſtitiæ amo- *V. Aug. 1.*
re reſiſtere. *de Ciu. Dei*
Hoc zelo vſus eſt ( cum Ozias rex vellet ad- *c.9.*
olere incenſum ſuper altare Thymiamatis ) A-

 zarias

*2.Par.6.*
*Notæ libertatem ſpiritus in arguendo rege.*

zarias Sacerdos & cum eo Sacerdotes Domi
octuaginta viri fortiſſimi, qui reſtiterunt, re
atque dixerunt. Non eſt tui officij Ozia vt
oleas incenſum Domino, ſed Sacerdotum, h
eſt, filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad hu
cemodi miniſterium.

*Hier.4.*

Quod factum expendens Sancti Chryſoſto
in verba Eſaiæ: *Vide Dominum*, ait, *vide li*
*tatem, vide mentem ſeruire neſciam*, vide lingu
cœlos attingentem, vide libertatem inc
cibilem, vide hominis corpus & angeli m
tem, vide humi ingredientem, & in cœlo
ſantem, vidiſti regem, nec vidiſti diade
Ne mihi dixeris eſſe regnum, vbi eſt leg
transgreſſio Non licet tibi adolere incen
ſed ſacerdotibus illud datum eſt. Num n
tuam vſurpare purpuram? ne vſurpes m
Sacerdotium. Non licet tibi adolere incen
Hoc eſt filiorum Aaron, non dixit, cogita
paſſi ſint Dathan Abiron, & reliquos in
gentes in Aaron leæna deuorauit, ſed tam
ad recordationem hiſtoriæ adduxit. Re
tem non ſuſtinuit admonitorem. Quid au
Deus, vbi Sacerdos contemptus eſt, dig
taſque ſacerdotij conculcata, nec quicq
præterea potuit Sacerdos (nam Sacerdotis
tum eſt arguere libenterque præſtare adm
tionem, non mouere arma, non clypeu
ſurpare, non vibrare lanceam, nec arcum
dere, nec iacula mittere) poſtquam au
rex non ceſſiſſet, ſed arma moueret, ibi Sa
dos Deo:

Ego, inquit, quod erat mei officij præſtiti, nihil amplius poſſum, ſuccurrere ſacerdotio, quod conculcatur. Quid igitur ille hominum amator? continuo effloruit lepra in fronte regis: vbicunque è impudentia, illic eſt vltio. Vide humanitatem vltionis diuinæ, non fulmen miſit, non terram concuſſit, ſed effloruit lepra, non in alio loco quam in fronte, vt facies præſeferret vindictam, vt tanquam in columna literæ eſſent impreſſæ.

## Signvm XLIX.

*Contentiones vitare.*

SAnct. Paulus Timotheo Epiſcopo ſcribit: *Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, ad ſubuerſionem audientium.* *Ep.2.c. 2.*
II. Conſilium Toletanum & c.cant. 1. Act. *In* *Prou. 20.*
*loco benedictionis* (in conuentibus capitularibus) *Honor ē homini qui ſe parat ſe do content.*
*reſidentes Domini Sacerdotes, nullus debet aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullus etiam fabulis vanis vel riſibus,* *Iac.1. Si quis c.9. Qui ſap.*
*&* (quod eſt deterius) *obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere.* V. Concilium Colonienſe Anno 15. 36. celebratum, & de Metropol. Cath. & coll. Eccleſiaſtici cap. 16.